DISPVTATIO X.

DE VSVCAPIONIBVS ET TEMPORVM PRÆSCRIPTIONIBVS.

QVAM

D. O. M. A.

Conſenſu Ampliſsimæ Facultatis Iuridicæ in inclyta Salana

Sub

Dn. JOHANNE RENTzelio Hamburgenſi Saxone.

Ad diem 23. Iulij habebit

FRANCISCVS RVDOLPHVS
Ingolt Patricius Argentinenſis.

IENAE

Typis Tobiæ Steinmanni.

Anno M. D. XCV.

MAGNIFICO ET CONSULTISSIMO VIRO, Dn. GEORGIO Obrechto JC. Celeberrimo, Academiæ Argentinenſium Profeſſori primario, & S. Thomani Collegij Præpoſito digniſſimo: Dn. Patruo & Præceptori ſuo colendo,

NEC NON

CLARISSIMO ET EXPERIENTISSIMO viro: Dn. DIDYMO Obrechto Medico præſtantiſſimo, Dn. Parenti ſuo ſumma reverentia proſequendo.

Bibl. ...

Hanc ſuam de uſucapionibus & temporum præſcriptionibus Diſputationem

Offert & Dedicat

F. R. I. P. A.

Universitäts-Bibliothek München

CONTINUATIO.

POſteaquam hactenus de modis quibus Iure Naturali dominium adquiritur, dictum ſit: Conſequens eſt, ut nunc de modis, quibus legitimo & Civili jure dominia acquiruntur, dicamus. *a* Adquiruntur autem Iure Civili dominia vel ſingularum, vel univerſarum rerum: *b* Inter modos dominium ſingularum rerum acquirendi primò occurrit uſucapio, quæ bono publico, nec contra æquitatem naturalem introducta eſt. *c*

a *§. ult. I. de uſ. & habit. §. 11. I. de rer. diviſ. Dd. ad d. §. ult. & ad prin. h. t.* b *§. ult. I. per quas pers. cuiq. acquir.* c *pr. h. t. l. 1. D. eod. l. ult. D. pro ſuo. l. 203. D. de R. I. Donell. lib. 5. Comm. iur. ciu cap. 30. Pinel. ad Auth. niſi C. de bon. mat. n. 39. Vasq. illuſtr. quæſt. lib. 2. cap. 52. Cisner. ad l. 1. D. h. t. n. 1. cum ſeqq. Diſſ. Duar. ad h. t. cap. 1. p. 657. Col. 1. Dyn. ad c. poſſeſſor de reg. Iur. in 6. n. 7. Ideoq; arbiter, qui ut ex æquo & bono iudicaret receptus eſt, eius rationem habere debet Pinel. d. lo. n. 41. Cisner. d. lo. n. 15. Vasq. d. lo. n. 20.*

THESIS I.

EST AUTEM USUCAPIO DICTA AB USU ET CAPIO: *a* ET rectè definitur adiectio *b* vel ademptio *c* Dominij per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti. *d* Eiusq; cauſæ partim in perſona tradentis, partim in perſona adquirentis, partim verò in re quæ uſucapitur conſiſtunt, *e* In perſo-

na autem tradentis id duntaxat exigitur, ut res tradita eius non fuerit. *f*

a *l.13.l.29.l.44.§.ul.l.15.§.2.l.43.D.h.t.l.2.§.1.D.pro emp.§.5.I.de act.Borch.ad pr.h.t.VVeſ.in par.h.t.n.2.Schneid.ad pr.h.t.n.5.Duar.ad h.t.de uſuc.c.1.* b *l.3.D.h.t. Donell.d.lib.5.cap.5.Cont.lib.1.Diſp.c.10.Obrecht.de uſucap.Th.24.* c *Vlp.in fragm.t.9.§.8.& 5.Cuiat.ad d.l.3.& in par.C.ſi adu.uſuc. Duar.ad h.t.* d *d.l.3. Donell.c.5.Ciſner.ad d.l.3.* e *l.4.h.t. Donell.d.c.5.in fi.vide Vult.lib.1.Iur.Rom.c.71.Duar.de uſucap.c.2.Pet.Gregor.lib.4.Syntag.Iur.c.4.* f *pr.h.t.l.48.§.1.D.de adq. rer.dom. Dominus enim ſtatim rei dominium transfert,ut uſucapione opus non ſit:§.per traditionē I.d.t.l.4.§.19.D.h.t.l.8.D.de pecul.*

2. In acquirente requiritur, ut iuſtam *a* & continuam *b* per tempus legitimum *c* rei poſſeſſionem habuerit. Ad iuſtam autem poſſeſſionem non tantùm Iure Civili, verùm etiam Iure Canonico, *d* ut iuſta cauſa ſeu titulus *e* revera interveniat neceſſe eſt *f* Deinde,ut res bona fide *g* & transferentis voluntate *h* accepta ſit,exigitur.

a *l.9.C.de præſcr.long.tem.l.7.C.de adq.poſſ.* b *l.31.§.1.D.h.t.l.2.C.de præſcr.long.temp.l.2.C.in quib.cau.ceſ.lon.tem.præſcr.* c *in rebus mobilibus triennio, in immobilibus decennio inter præſentes, inter abſentes verò 20.annorum ſpacio, princ.h.t.l.ult.C.de præſcr.lon.tem.l.un.C.de uſuc.transf. Poteſt verò uſucapiens etiam acceſſione temporis ex perſona ſui autoris uti.l.14.D.de diu.& tem.præſc.§.7.h.t.quod & in ſucceſſore ſingulari verum eſt,ſi uterq; iuſtè poſſidere cæperit.l.2.l.7.§.4.pro empt.l.13.§.ult. D.de adq.poſſ.* d *c.7.§.poteſt 16.Quæſt.3.c.17.de præſcr.Balb.de præſcr.p.2.Tex.p.3.pr.Quæſt.6.n.1.& 9.Peck.ad c.poſſeſſor de R.I.in 6.n.7.Diſſ.Dyn.ad d.c.poſſeſſor n.27.& ſeq.Vaſq.d.lib.2.c.17.n.7.* e *l.5.& 6.C.de adqu.poſſ.l.ult.C.de uſuc.pro her.l.44.C.de rei vend.l.4.C.de præſcr.long.temp.pr.I.h.t.Plerig; autem tituli in l.3.§.2.D.de adq.poſſ.enumerantur & tit.D.de uſuc.ac tit.C.de nud.iu.quir.toll.ſubiiciuntur. Verùm ſui hæredes res paternas pro herede minimè uſucapere poſſunt l.2.C.de uſuc.pro her.l.2.§.ult.D.eod.arg.l.11.D.de lib.& poſth.Donell.d.lib.5.c.14.p.369.n.50.VVeſ.in par.D.pro her.n.3.Gomez.lib.1.Var.reſol.c.3.n.20.& c.9.n.19.Diſſ.Duar.ad t.D.pro her.& c.3.D.de lib.& poſth.pag.345.Col.2.in fi.Cōnan.lib.10.c.5.Pinel.ad Rubr.C.de bon.mat.p.2.n.38.cum ſeqq.Cuiac.ad l.2.D.pro emp.Vigl.ad§.ſui autē I.de her.qual.& diff.Vaud.lib.1.quæſt.4.& lib.2.Qu.18.in f.Soarez.in addit.ad Gomez.d.c.3.n.30.& d.c.9.n.7.& 8.Forcat.in Necyom.Dial.30.Covarr.ad c.poſſeſſor de R.I.in 6.p.2.§.5.n.3.& ſeq.* f *l.2.§.1.D.pro her.l.ult.D.pro ſuo l.19.§.1.D.de adq.poſſ.l.33.§.1.D.h.t.l.11.D.pro emp.Donell.d.lib.5.c.15.per diutinam vero poſſeſſionem hîc præſumitur l.10.D.ſi ſerv.vind.l.1.§.ult.l.ult.D.de aq.plu.ar.l.5.§.3.D.de itin.act.priu.arg.l.14.D.de probat.l.6.in pr.D.de uſur.Vaſq.d.lib.2.c.61.Diſſ.Peck.d.lo.n.7.Balb.p.1.Ter.par.prin.Quæſt.10.* g *pr.h.t.l.2.C.de præſcr.lon.tem.* h *l.5.l.33.l.pen.§.ult.C.de adq.poſſ.l.2.C.eod.Donell.d.lib.5.c.18.*

3. Sed bona fide res tum accipitur, cum accipiens illæſam habet rei alienæ conſcientiam *a* unde apparet malam fidem eſſe, læſam rei alienæ conſcientiam, *b* & eum qui dubitat an res ſua ſit malam fidē habere, *c* eamq; non tantum initio,verùm etiā ex poſt facto læſa conſcientia exiſtere: *d* quæ ta-

men Iure Civili uſucapionem non impedit, *e* licet Iure Canonico etiam actionum perſonalium *f* item 30. 40 vel 100. annorum, præſcriptioni *g* noceat.

a *§.36.I.de rerum div.l.109.de V.5. ubi Goedd.n.2.l.27.D.de contrah.empt.l.3.D.ad l.Fab.de plag.c.ſi virgo 32.Quæſt.2.Vult.lib.1.diſcept.c.ult.* b *d.§.36.in fi.l.20.§.11.D.de her.petit.l.2.C.eod.l.12.32.§.1.D.de uſuc.l.7.§.5.D.pro empt.Gœd.d.lo.Don.d.lib.5.c.17.Diſſ.Cuiac.lib.18.obl.25. Illum verò qui iuris errore ſine dolo & machinatione aliquid comparavit, malæfidei poſſeſſorem nō eſſe exiſtimamus, quãvis non uſucapiat.l.12.§.2.D.de lib.cau.l.25.§.6.D.de hered.pet.l.32.§.1.D.h.t.l.48.D.de adq.rer.dom.Alciat.ad d.l.109.ubi & Gœdd.n.5.Vasq.lib.2.illuſtr.Qu.77.n.16.& Qu.73.n.19.Diſſ.Dyn.ad C.poſſeſſor.de R.I.in 6.n.39.Covarr.in d.c.poſſeſſor p.2.§7.n.7.V.3.* c *arg.d.l.109.d.l.27.l.ult.C.un.vi.l.10.C.de adq.poſſeſſ.l.63.D.de uſufr.Gœd.d.loc.n.3.Diſſ.Vasq.d.Q.77.n.2.& 3.Sarmien.lib.2.ſelect.interp.c.10.n.7. Ideoq; nec iure Canonico uſucapiet c.ult.de præſcript.d.c.ſi virgo.Diſſ.Vasq.d.Q.77.n.6.Balb.de præſcr.p.6.pr.p.3.Q.2.n.3.* d *l.23.l.40.& 48.D.de adq.rer.dom.l.25.§.ult.D.de uſur.* e *etiam ſi res mobiles poſſideãtur d.l.48.§.1.l.un.v.p his omnibus C.de uſuc.transform.l.44.§.2.D.h.t.Mynſ.ad §.7.h.t.n.7.Ciſner.ad l.2.cap.de cauſ.uſuc.n.4.& 5.Duar.ad h.t.c.2.Diſſ.Donell.d.lib.5.c.17.p.376.u.50.& c.24.p.599.u.51.* f *c.5.& ult.de præſcr.d.c.poſſeſſor.Balb.d.tract.p.3.pr.p.2.Q.13.Myns.cent.4.obſ.6.Obrecht.de præſcript.Th.85.cum ſeqq.Diſſ.Aemil.Ferret.ad l.3.D.de uſucap.n.89.cum ſeqq.Vasq.d.lib.2.Q.76.* g *d.c.5.& ult.c.volumus.16.4.d.c.poſſeſſor ubi Dyn.n.13.Myns.d.obſ.6.Duarr.d.c.2.in*

f.Vasq.

f.Vasq.d.lib.2.Q.73.n.9.& Q.79.n.19.Corras.ad l.14.de ſervit.n.33.

4. Reſtat ut de rebus dicatur: Proinde ſciendum eſt ſublato diſcrimine Rerum mancipi & nec Mãcipi, item ſoli Italici & Provincialis omnes restã immobiles quàm mobiles hodiè uſucapi *a* illas quidem triennio, has verò per longi temporis poſſeſſionem, *b* dummodo tales non ſint quæ uſucapi prohibentur: Quarum tria conſtitui poſſunt genera: Primum eſt earum, quæ poſſideri nequeunt, veluti res commercijs hominum exemptæ, *c* item incorporales. *d*

a *l.un.C.de uſuc.transf.l.2.C.de ann.except.l.3.& 9.D.de diu.& temp præſcr.l.20.C.de pact.pr.h.t.Duar.ad h.t.c.1.P.657.col.1.& c.5.Don.d.lib.5.c.4.p.337.Ciſner.ad l.1.D.h.t.n.24.Corras.ad l.14.de ſervit.n.9.Diſſ.Vaſq.d.lib.2.Q.51.n.8.Dyn.in d.c.poſſeſſor.n.8.Myns.ad Rubr.h.t.n.4.Schn.n.9.* b *pr.h.t.l.un.C.de uſuc.transform.* c *l.9.& 43.D.h.t.l.6.C.de oper.publ.l.2.C.ne res domin l.6.in pr.D.de contr.empt.l.30.§.1.D.de adq.poſſ.* d *l.3.in pr.D.de adq.poſſ.l.4.§.27.l.9.D.h.t.l.43.§.1.D.de adq.rer.dom.*

5. Hinc difficillima orta eſt quæſtio: An & quatenus ſervitutes uſucapi poſſint? In qua non probamus illorum ſententiam, qui inter continuas & diſcontinuas diſtinguunt: *a* neq; eorum, qui eas non verè, ſed quaſi uſucapi affirmant *b* multò minus verò eorum, qui propter uſum diuturnum effectum uſucapionis ijs tribuunt, eaſq; iure impoſitas cenſeri tradunt. *c* Verùm illorum amplectimur ſententiam qui olim ſervitutes non uſucapi, verùm longa poſſeſſione & uſu potuiſſe acquiri docent, *d* Proinde cum

de cum

de cum hodie immobilia per longam poſſeſſionem uſucapiantur, *e* omnes ſervitutes exemplo rerum immobilium quoq; uſucapi concludimus *f* dummodo iuſtus titulus præceſſerit *g* licet ſcientia domini non acceſſerit. *h*

a *l.14.de ſervit.ubi Corras.n.2.& 3.& lib.5. Miſcell.c.5. Duar.ad h.t.c.3.& lib.1. Diſp.cap.34. Donell.lib.11.Comm.iur.Ciu.c.11.p.594.in f. VVes.in par.de ſervit.n.6.Cisner.ad l.4.§.ult.h.t.n.9.cum ſeqq. Diſs.Myns.ad §.ult.de ſervit.n.6.& ſeqq.& Cent.4.obs. 53.Hottom.lib.4.obs.2.Capoll:de ſervit.urb.cap.29.n. 4.Sichar.ad l.1.C.de ſervit.n.2.* b *d.l.14. l.3.§.ult.D. de uſucap.l.43.§.1.D.de adq.rer.dom.Corr.ad d.l.14. n.22.& d.c.5.n.3.Diſs.Coſtal.in d.l.14. Duar.d.cap.3. & d.c.34.Don.d.cap.11.p.594.n.22.Obrecht.de uſuc. th.118.* c *l.2.C.de ſervit.l.10.D.ſi ſervitus vind.Diſſ. Robert.lib.4.ſent.c.8.Corras.d.c.5.n.3.& ad d.l.14.n. 23.& 24.* d *d.l.10.l.1.§.ult.l.ult.D.de aq.& aq.plu. arc.l.1.& 2.C.de ſervit.l.5.§.3.D.de itin.ac priu.Cisner.d.lo.n.4.Donell.d.lib.5.cap.22.circa fin.Cuiat. ad d.l.4.§.ult.Diſſ.Rober.d.cap.8.Hottom.de obſ.2.VVes. d.n.6.in pr.* e *pr. h.t.l.un.C.de uſuc.transf.* f *l.ult.in f. C.de praſcr.long.tem.iuncta d.l.un.& d.pr.in f.Cuiat.d. lo.p.433.VVeſemb.d.lo.Cisner.d.lo.n.6.in f.Diſſ.Donel. d.c.11.in prin.Robert.& Corras.dd.loc.* g *l.ult. C.de praſcr.long.tem.arg.l.2.C.de ſervit.iuncta l.4.C.de praſcr.long.tem.Duar.d.cap.34.Hottom.lib.8.obſ.10. Corras.ad d.l.14.n.31.Diſſ.Coſtall.in l.10.D.ſi ſer.vin. Capoll.de ſervit.urb.prad.cap.20.n.6.Donel.d.lib.11.c. 12.Dyn.ad c.poſſeſſor de R.I.in 6.n.30.& ſeq.Robert. d.c.8.* h *d.l.ult.Cuiat.d.lo.Diſſ.Coſtall.ad l.20.de ſerv. it.ubi & Corras.n.10.& 11.idem ad d.l.14.n.39.cum ſeqq.Donell.d.cap.12.VVeſemb.d.n.6.*

Similiter

6. Similiter quæſitum eſt; an Accuſatio vel inquiſitio iudicis de crimine 20. annorum ſpacio tollatur? Item an quis 10.annis,ius Vaſalli in re aliena acquirere poſſit? Illud quidem affirmamus? *a* Hoc verò negamus, cum 30.annorum tempus præſcriptum ſit, *b* nulla diſtinctione, inter res Eccleſiæ vel Reipub.& alias,adhibita. *c*

a *l.12.C.ad l.Cornel.de fals.l.13.ff.de divers.& tem.praſcr.l.1.§.3.ff.de iu.fiſci Iul.Clar.§.fin.Q.51.in pr.Gomez.lib.3.var.reſol.c.1.n.6.VVeſenb.in par.D.de pœn.n.9.Ioann.Gœdd.ad l.131.de V.S.n.10.& ſeqq.eo tamen nondum elapſo pœna propter diuturnitatem temporis minimè mitiganda eſt fac.l.1.in pr.D.de pœn. c.cum haberet qui dux.in mat.Corras.lib.2.Miſcell.c. 20.Soarez.in addit.ad Gomez.d.c.1.n.8.Diſſ.Iul.Clar. d.§.fin.Q.60.n.32.Gomez.d.c.1.n.8.& ad l.76.Taur. n.6.Covarr.lib.2.var.reſol.c.9.n.2.verſ.Primum poſſe. Beuſt.tract.de iureiur.ad l.admonendi n.870.v. Quarto reſtrîngitur in f.Cors.lib.1.indag.c.19.VVeſ.d. n.9.* b *c.un.§.ſi quis per triginta ſi de Feu.def.ubi Schenck n.1.& Hotom.Duar.de feud.c.8.n.2.Hannet. lib.2.Feud.c.1.in fi.Borch.de Feud.c.7.p.3.n.5.Diſſ. Cuiat.lib.1.tit.ult.Clar.§.Feudum.Q.19.n.2.Roſent.in Syn.Feud.c.6.Q.46.* c *fac.§.ult.de capit.Corr. arg.d.§.ſi quis ubi Schenck n.5.Diſſ.Alvar.ibid.n.4. Laud.n.2.Zaſ.p.6.feud.n.31.Hanneton.d.cap.1.in fi. Borch.d.lo.n.8.Myns.Cent.4.obſ.29.Duarr.d.c.8.n. 3.Roſent.d.loc.Q.144.*

7. Secundum genus eſt earum rerum, quæ generaliter alienari prohibentur: *a* veluti ſunt res Eccleſiaſticæ, *b* fundus dotalis: *c* Item res pupilli immobiles & mobiles, *d* Idem iudicium erit de rebus

B omnium

omnium eorum, qui Curatorum auxilio reguntur, *e* Hinc eſt quod alienatio Feudi ſine conſenſu Domini facta præſcriptione, longi temporis minimè defendi poſſit. *f*

a *l.28.D.de V.S.* b *Nov.7.c.8.Nov.120.c.10.l.21.C.de SS.Eccleſ.* c *l.16.D.de fund.dot.Cuiat.lib.14.obſerv.9.* d *l.22.C.de adm.tut.l.48.§.1.D.de adq.rer.dom l.ult.C.pro empt.l.3.C.de præſcr.30.annorum.Donell.d.lib.5.c.23.Ciſner.ad l.4.§.ſi pupilli D.h.t.n.5.ubi & Cuiat.idem lib.15.obſ.22.in pr.& lib.1.Notar.c.24.in fi.Diſſ.Cuiat.lib.24.obs.14.Rober.lib.1.Animadu.c.24.& lib.1.recept.lect.c.7.* e *Ideoq́ & minorum 25. annis d.l.22.l.ult.C.in qui.cau.in int.reſt.neceſſ.l.3.C.qui non obÿ.lonn.temp.præſcr.Donell.d.c.23.& c.24.in princ.Ciſner.d.lo.n.8.& 9.Gœdd.ad d.l.28.n.18.Diß.Cuiat.d.obſ.14.* f *Idem dicendum.de cæteris præſcriptionibus c.un.ver.Nos autem de prob.feud.al.per Frider.c.un.§.præterea de capit.Corr.ubi Schenck.n.3.Sonsbec.p.12.n.155.cum ſeqq.Curt.p.4.n.82.Iul.Clar.§.feudum.Q.45.n.2.Diß.Alvarot.ad d.§.præterea n.3.Cuiat.lib.4.Feud.t.49.Borch.cap.7.Feud.p.3.n.13.Pinel.ad Auth.niſi.C.de bon.mat.n.19.Roſental.Syn.Feud.c.9.Q.132.*

8. Tertium genus eſt earum rerum, quæ ſimpliciter vſucapi prohibentur: veluti ſunt res fiſci, *a* Principis, *b* Ciuitatis, *c* Præſidi vel proconſuli contra L.Iuliam repetundarum donatæ, *d* item furtivæ *e* & vi poſſeſſæ *f* niſi vitium rei tam vi poſſeſſæ *g* quam furtivæ per reditum in poteſtatem veri Domini purgetur. *h*

a *§.4.l.h.t.l.18.24.45.D.eod.l.4.C.de præſcr.lon.tem.* b *t.tit.C.ne rei.dom.l.39.§.ult.D.de leg.1.l.3.C.*

de quadr.

de quadr.præſcr. c *l.ult.C.de SS.Eccleſ.* d *l.48.in prin.D.de adq.rer.dom.l.8.D.ad l.Iul.repetund.* e *l.33.in pr.D.h.t.§.2.l.h.t. Hinc eſt quod partus ancillæ ſurreptæ, quæ aliquando prægnans apud furem fuit, à nullo uſucapi poſſit Verùm ſi apud bonæ fidei poſſeſſorem concipiatur & edatur partus, uſucapio procedit.l.48.§.5.D.de furt.l.10.§.ult.D.h.t.niſi is hæres furis ſit l.4.§.15.eod.vel ſervus ancillam à ſe ſurreptam Domino bona fide accipiēti pro ſua libertate det.l.2.§ 14.& 10.D.pro empt.l.10.D.de adq.rer.dom.l.24.D.de adq.poſſ.l.3.§.de illo D.h.t.ubi Ciſner.n.1.& 2.Donell.d.lib.5.c.25.p.401.n.20.Gœdd.ad l.26.D.de V.S.n.10.& 11.Diſſ.Cuiat.ad d.l.3.§.de illo.Pac.cent.6.Q.97.aut poſſeſſor ante tempus editionis, vel intra conſtitutum uſucapioni tempus matrem ſurreptam eſſe cognoſcat l.4.§.18.l.33.in pr.D.h.t.l.pen.D.pro ſuo. De fœtu pecudum furtivarum idem dicendum non eſt: hic enim apud bonæ fidei poſſeſſorem editus, non autem conceptus ipſi adquiritur.l.48.§.2.D.de adq.rer.dom.l.4.§.19.D.h.t.ubi Cuiat.idem lib.15.obſerv.20.& lib.1.notat.cap.22.Donell.d.lib.5.cap.26.Hottom.lib.6.obſerv.24.Gœdd.d.lo.n.12.Diſſ.Robert.lib.1.recept.lect.cap.7.& lib.1.Animad.c.22, plures differentias vide apud Donell.d.cap.26.* f *d.§.2.l.1.§.vi poßidere D.de vi & vi arm.* g *§ 3.h.t.l.ult.D.de vi bon.rapt.l.4.§.12.D.h.t.Cuiat.lib.24.obs.13.Diſſ.Donell.d.lib.5.cap.28.v.44.* h *d.§.3.l.4.§.6.& 12.D.h.t. Hinc eſt, quod res pignori data & ab alio ſurrepta à debitore verò diſtracta uſucapi poßit.arg.d.l.4.§.21.ubi Cuiat.& Ciſner.n.7.vide Pac.Cent.6.Q.98.Diſſ.Donell.d.c.28.p.407.in pr.Robert.lib.2.Notat.cap.29.*

9. Completa uſucapione acquiſitum eſt poſſeſ-

ſori dominium, *a* quod quale ſit, valdè inter interpp. controvertitur. Nos verò pro diverſitate rerum nunc plenum, *b* nunc minus plenum dominium, *c* quæſitum eſſe dicimus. Ideòq; in rem actio *d* & Præſcriptio poſſeſſori competit, *e* quæ nihil aliud eſt quam exceptio. *f*

a *l.3.* D. *h.t.pr.I.h.t.l.20.C.dè pact.l.10.§.2.* D. *de adq.rer.dom.l.15.§.16.& 17.* D. *de damn.inf.l.3.in f. C.de Edict.* D. *Adr.toll.l.2.C.de præſcr.30.ann.§.4.vers. Sed bonæ fidei poſſeſſor I.per quas pers.cu.acq. Ideòq; nec tenetur rem veteri domino reſtituere, etſi reſciverit eam alienam fuiſſe Balb.p.2.pr.p.3. Q.9. Menoch.Rem.16. recup.poſſ.n.17. Cõnan' lib.3. Comm.cap.13. vide inprimis Obrech.de uſu.Th.328.& ſeqq.* b *nempè ſi plenam in re poteſtatem quis conſequitur §.ul.I.de uſufr.* c *Quãdo ſc. nuda proprietas uſucapitur. uſufr. penes alium conſtituto l.17.§.2.* D. *de uſufr. l.19.* D. *qui mo. uſufr. amitt.l.44.§.t.5.* D. *h.t. vel dominium iuris tãtum quæritur, ut in ſervitutibus vide diſp.7.Th.2.* Diſſ. Dyn. *ad c. poſſeſſor de R.I.in 6.n.8. cum ſeqq. Balb. de præſcr.p.2.pr.Q.2.n.5.& ſeqq. aliter* Duarr. *ad h.t.* D. *c.5.* Donell. *d.lib.5.c.29. Pinel.ad Auth. niſi C.de bon mat.n.38. Çorras. ad l.14.* D. *de ſervit.n.13. Vasq.lib.2.Illuſtr. Quæſt.c.54. VVeſemb.in par.* D. *h.t. n.14. vide Obrech. de uſuc.Th.309.cum ſeqq.* d *l.9.l.23.* D. *de rei vind. l.8.C.de præſcr.30. vel 40. annorum* Donell. *d.c.29.p.408. Obrecht.d.lo.th.353.* e *l.4.C.pro empt.l.I.C.pro do.l.3.& 9.* D. *de divers.& temp.præſcr.* f *nec ullo in loco pro acquiſitione longi temporis ponitur.* Duar. *ad h.t. c.I.p.657.col.1. Donell d.lib.5.c.4.in fi.& ad Rub.C.de Except.n.16. VVeſenb.in par.h.t.n.8. Diſſ. Myns. ad Rubr.h.t.n.1.3.4. Hottom.ad pr.h.t.Enunc.2.& lib.4.*

obs.2. Cüner.ad l.1.de uſuc.n.19. Vult.lib.1. Iur. Rom. c.71. vide omninò. Obrecht. de præſcr.Th.17. cum ſeqq. ubi errores ex abuſu huius vocis natos detegit.

10. Definitur autem præſcriptio, Exceptio, quæ ex poſſeſſione rerum diverſo tempore detentarum proficiſcitur, & poſſidenti contra adverſarium competit, *a* dividiq; poteſt in præſcriptionem trium, *b* quatuor, *c* viginti, *d* triginta *e* quadraginta *f* centum annorum *g* & temporis immemorialis. *h*

a *Obrecht.de præſcript.Th.12.& ſeqq.* b *quæ oritur ex uſucapione rerum mobilium l.un.C. de uſuc. transf.pr.h.t.* c *quæ datur fiſco contra alios & vice verſa l.2.& 3.C.de quadr.præſcr.* d *quæ competit ex uſucapione rerum immobiliũ per longi temporis poſſeſſionẽ ideoq; dicitur præſcriptio lõgi tẽporis.l.9.11.& ult.C.de lon.tem.præſcr. ceſſat autem hæc in quibusdam caſibus t.t.C. qui non obÿ.long.tem.præſcr. veluti contra minores 25. annis l.3.C.D.t. etiãſi cum defũcto lis inchoata ſit l.ult. C.in quib.cau.in integr.reſt.neceſſ. Donell.d.lib.5.c.31. p.114.u.58. Everhar.in loco à minor.ad fur.n.5. Vult. lib.1. Iurispr. Rom.c.71.n.53. Diſſ. VVeſemb.in par.de uſuc.n.14. Balb.p.1.p.6.prin.n.35.* e *quæ dicitur longiſſimi temporis & malæf.poſſeſſori quoq; competit l.8.C.de præſcr.30.annor.Nov.119.c.8. Donell.d.lib.5.c.ult.p.414.in princ. ac obÿcitur actionibus Perſonalibus, quæ olim erant perpetuæ l.3.in f.C. de præſcr.30. ann. iuncta l.8.C.de arb.tut. eademq; non tantum extraneos ab hæreditatis delatæ aditione l.3.l.4.l.7.C.de præſcr.30.ann. Corras.lib.6.Miſcell.c.21. Duar.de adquir.hæred.c.2.p.436.col.1.& cap.9.in fi. Gomez. var.reſol.lib.1.c.9.n.27. verùm etiam ſuos heredes ab immiſtione repellit arg.l.8.C.de iu.delib. Harim.Piſt.*

lib. 2. p. 1. Q. 8. n. 36. Hottom. lib. 4. obs. 27. Gomez. d. cap. 9. n. 28. Balb. p. 4. p. 4. prin. Q. 19. n. 4. Diſſ. Duar. d. cap. 2. p. 436. col. 2. Soarez. in addit. ad Gomez. d. cap. 9. n. 10. & ſeqq. f *quæ tolluntur omnes actiones, quæ tricennio non extinguuntur l. 4. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. non verò ius offerendi debiti tuendiq; pignoris cum id perpetuũ ſit arg. l. 2. l. 7. §. ult. C. d. t. l. 3. §. illud. l. 19. §. 1. D. de adq. poſſ. l. 13. D. h. t. Coſtall. in l. 19. D. qui pot. in pign. Gayl. lib. 2. obs. 18. Myns. cent. 1. obs. 16. Borch. de uſuc. c. 6. n. 8. Obrecht. de præſcr. Th. 249. cum ſeqq. Diſſ. Balb. de præſcr. p. 5. pr. p. 4. Q. 2. n. 2. Covarr. lib. 1. Var. reſol. c. 9.* g *quæ adverſus civitates opponitur l. ult. C. de SS. Eccleſ. Donell. d. c. ult. p. 414. n. 19. Obrecht. de præſcr. Th. 276. & olim actionibus Eccleſiaſticis l. 23. C. de SS. Eccleſ. Nov. 9. quæ tamẽ hodiè 40. annorum curſu omninò tolluntur Nov. 111. Cuiac. lib. 5. obs. 5. Donel. d. lo. Obrecht. d. lo. Th. 265. & ſeqq. Diſſ. Covarr. 2. par. repe. §. 3.* h *quam à centenaria differre tradit. Obrec. d. lo. Th. 280.*

II. Verùm hic præſcriptionibus tum demum locus eſt, cum quis per ſtatutum tempus in continua & non interrupta poſſeſſione fuerit *a* Interrumpitur autem poſſeſſio naturaliter vel civiliter: Naturaliter fit interruptio omnibus ijs modis quibus poſſeſſio vel invitis vel volentibus nobis amittitur, *b* proinde & in integrum reſtitutione, *c* Civiliter verò, cum poſſeſſori lis de proprietate vel poſſeſſione movetur per litis conteſtationem, & in ius vocationem, *d* vel aliam extraiudicialem denunciationem. *e*

a *t. t. C. de lon. tem. præſcr. & de præſcr. 30. an. c. ſine de R. I. in 6. l. 26. §. 8. D. ex qui. cauſ. ma.* b *l. 5. & l. 15. l. 21. l. 33. §. ult. D. h. t. l. 23. §. 1. l. 30. §. 1. & ſeqq. D. de adq. vel. am. poſſ. Donell. d. lib. 5. c. 21. p. 390. n. 14. Obrecht. de uſucap. Th. 380. cum ſeqq.* c *t. t. C. ſi advers. uſucap. quinimò & contra longi temporis præſcriptionem ex cauſa ignorantiæ datur reſtitutio. arg. §. 5. I. de act. l. 21. in pr. §. 1. & 2. l. 40. §. 1. D. ex qui. cau. ma. l. 46. D. de adq. poſſ. l. 1. §. 9. D. de it. act. priv. VVes. in par. h. t. n. 14. in fi. & in par. de diu. & long. tem. præſc. n. 3. in fi. Gayl. lib. 1. obſerv. 19. n. 19. Balb. p. 4. p. 4. princ. Q. 29. Diſſ. Pinell. ad Auth. niſi C. de bon. mat. n. 58. & 59. Franciſ. Sarm. lib. 2. ſol. interp. c. 10. Vasq. lib. 2. illuſt. Q. c. 75. n. 2. nõ tamẽ contra præſcriptionẽ lõgiſſimi temp. l. ult. C. in quib. cauſ. in inte. reſt. Pinel. d. n. 58. Gayl. d. lib. 2. obſerv. 160. Vasq. d. n. 2. Diſſ. VVeſ. d. n. 14. in f. & d. n. 3. Balb. d. Quæſt. 29. n. 7. Cœpoll. de ſerv. urb. præd. cap. 2. n. 4.* d *l. 10. C. de adq. poſſ. l. 2. C. de ann. except. Iure a. D. litis conteſtatione non interrumpebatur uſucapio. l. 2. D. pro don. l. 18. D. de rei vend. l. 9. §. 6. D. ad exhib. l. 2. §. ult. D. pro empt. ubi Cuiac. VVes. in par. h. t. n. 15. Obrecht. de uſucap. th. 411. Diſſ. Donellus d. lib. 5. c. 21. p. 392. in fi.* e *d. l. 2. C. de ann. ex l. 17. C. de rei vendic. l. 20. §. 11. D. de her. iuſt. Vasq. d. lib. 2. c. 80. Obrecht. d. loco Th. 422. Diſſ. Pinel. ad Auth. niſi C. de bon. mat. n. 16. VVes. d. n. 15.*

AUCTUARIA.

I.

An ius piſcandi in certo fluminis publici loco præſcriptione defendi poſsit dubium eſt? Quod tamen affirmamus (a) adeò ut etiam brevius temporis ſpacium, quam

quam cuius initij memoria non extat, ad hanc rem ſufficiat (b) quod tamen duobus annis minimè definimus (c)

a *l.7. D. de div. & tem. præſcr. Schneid. ad §. 2. I. de rer. diviſ. n. 9. Robert. lib. 1. recept. lect. cap. 17. Iacobin. de S. Georg. de Feu. vers. & cum piſcationibus n.* 1. *Item ver. ibi fluminibus. n.* 1. *Diſſ. VVeſenb. ad d. §. 2. n. 3. Cuiat. ad l. præſcriptio. D. h. t. & Cuner. ad l. 9. eod. n. 2. cum ſeqq. Duar. c. 3. de uſuc. p. 660. col. 1. Donel. d. lib. 5. cap. 22. Iacob. Curt. lib.* I. Εικας. *cap. 54. Borchol. ad c. un. quæ ſint regal. in uſ. Feud. n. 32.* b *Cuiat. d. lo. Diſſ. Schn. d. n. 9. Myns. ad d. §. 2. n. 5. Vasq. d. lib. 2. cap. 89. n. 38.* Forcat. *in Necyom. Dial. 85. n. 2. &* 3. c *Cuiat. d. lo. Diſſ. Donell. d. cap. 22. p. 396. n. 54.*

2.

Num error Iuris de iure Canonico 30. vel 40. annorum præſcriptionem impediat quæſtionis eſt? In qua num affirmativa ſententia defendi poſsit videbimus.

arg. c. 5. & ult. de præſcr. iuncta l. 32. §. 1. de uſuc. & arg. c. 4. de empt. Covarr. in d. c. poſſeſſor. p. 2. §. 7. n. 5. v. 2. Diſſ. Vasq. d. lib. 2. Q. 77. n. 14. Balb. de præſcrip. 4. p. 4. princ. Q. 18. n. 7. & ad l. Celſus de uſuc. n. 20. Pinel. ad Auth. niſi C. de bon. mat. n. 11.

FINIS.

Univ. Bibl. München